

一月十三日

耶穌基督受洗紀念主日

白色 二等

拉 3 : 1 ; 詠 71 : 21

Ecce, advénit dominátor Dóminus: et regnum in manu eius et potéstas et impérium. Deus, iudícium tuum Regi da: et iustítiam tuam Fílio Regis. Ū. Glória Patri,

Deus, cuius Unigénitus in substántia nostræ carnis apparuit: præsta, quæsumus; ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, intus reformári mereámur: Qui tecum vivit et regnat.

依 60 : 1 – 6

Surge, illumináre, Ierúsalem: quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est. Quia ecce, ténebræ opérient terram et calígo pópulos: super te autem oriétur Dóminus, et glória eius in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, et reges in splendóre ortus tui. Leva in circúitu óculos tuos, et vide: omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi: filii tui de longe vénient, et filiæ tuæ de látere surgent. Tunc vidébis et áfflues, mirábitur et dilatábitur cor tuum, quando convérta fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo géntium vénerit tibi. Inundátio camelórum opériet te, dromedárii Má dian et Ephá: omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes.

進臺詠

看！天地的主宰已經來臨！祂掌有王權、能力和權勢。——天主啊！求祢將審判權賜給君王，將祢的正義賜與君王的兒子。願光榮歸父……。

集禱經

天主，祢的獨子已取了我們人的肉軀體而顯示於世。我們現在明認祢在外形上和我們相似，求祢使我們能在內心上也被祢改造。祢和祢……。

書信

耶路撒冷啊！起來炫耀罷！因你的光明已經來到，上主的榮耀已經照耀在你身上。看啊！黑暗籠罩著大地，陰雲遮蔽著萬民；但上主卻照耀著你，他的榮耀要彰顯在你的身上。萬民要奔赴你的光明，眾王要投奔你升起的光輝。舉起你的眼向四方觀望罷！他們都聚集來到你這裡；你的眾子要從遠方而來，你的女兒要被抱回來。那時，你見到這情形，必要喜形於色，你的心靈必要激動而舒暢，因為海洋的珍寶都要歸於你，萬民的財富都要歸你所有。成群結隊的駱駝，以及米德楊和厄法的獨峰駝要遮蔽你，牠們都是由舍巴滿載黃金和乳香而來，

宣揚上主的榮耀。

臺階詠

他們都是由舍巴滿載黃金和乳香而來，宣揚上主的榮耀。——耶路撒冷啊！起來炫耀罷！因你的光明已經來到，上主的榮耀已經照耀在你身上。

亞肋路亞

亞肋路亞，亞肋路亞。我們在東方見到了祂的星，特來朝拜祂。亞肋路亞。

福音

那時候，若翰見耶穌向他走來，便說：「看，天主的羔羊，除免世罪者！這位就是我論他曾說過：有一個人在我以後來，成了在我以前的，因他原先我而有。連我也不曾認識他，但為使他顯示於以色列，為此，我來以水施洗。」若翰又作證說：「我看見聖神彷彿鴿子從天降下，停在他身上。我也不曾認識他，但那派遣我來以水施洗的，給我說：你看見聖神降下，停在誰身上，誰就是那要以聖神施洗的人。我看見了，我便作證：他就是天主子。」

奉獻詠

塔爾史士和群島的眾王將獻上禮品，舍巴和色巴的君王，也都要前來進貢。眾王都要崇拜祂，萬民都要事奉祂。

依 60 : 6 , 1

Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes. Surge et illumináre, Ierúsalem: quia glória Dómini super te orta est.

瑪 2 : 2

Vídimus stellam eius in Oriénte, et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum. Allelúia.

若 1 : 29 – 34

In illo témpore: Vidit Ioánnes Iesum veniéntem ad se, et ait: Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccátum mundi. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat. Et ego nesciébam eum, sed ut manifestétur in Israël, proptérea veni ego in aqua baptízans. Et testimónium perhíbuit Ioánnes, dicens: Quia vidi Spíritum descendéntem quasi colúmbam de coelo, et mansit super eum. Et ego nesciébam eum: sed qui misit me baptizáre in aqua, ille mihi dixit: Super quem víderis Spíritum descendéntem, et manéntem super eum, hic est, qui baptizat in Spíritu Sancto. Et ego vidi: et testimónium perhíbui, quia hic est Fílius Dei.

詠 71 : 10 , 11

Reges Tharsis, et ínsulæ múnera ófferent: reges Arabum et Saba dona addúcent: et adorábunt eum omnes reges terræ, omnes gentes sérvient ei.

密禱經

Hóstias tibi, Dómine, pro nati Fílii tui apparitióne deférimus, suppliciter exorántes: ut, sicut ipse nostrórum auctor est múnere, ita sit ipse miséricors et suscéptor, Iesus Christus, Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia, cum Unigénitus tuus in substántia nostræ mortalitátis appáruit, nova nos immortalitátis suæ luce reparávit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus cumque omni milítia cœléstis exercitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

瑪 2 : 2

Vídimus stellam eius in Oriénte, et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum.

Cœlésti lúmine, quæsumus, Dómine, semper et ubique nos præveni: ut mystérium, cuius nos partícipes esse voluísti, et puro cernámus intúitu, et digno percipiámus affectu. Per Dóminum nostrum.

主，我們現在向祢呈獻這些禮品，為慶賀祢聖子降世的顯現。這些禮品原是我們主耶穌基督所創造的，切望祢也慈然收納。祢和祢.....。

主顯頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主，我們時時處處頌謝祢，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們得救的。因為，你的獨生子在我們有死的人性上一顯現出來，就用他不死的天主性的新光，恢復重整我們的人性。為此，我們聯同天使、總領天使、上座者、宰制者和全體天軍，歌頌祢的光榮，不停地歡呼：聖、聖、聖……。

領主詠

我們在東方見到了祢的星，特來朝拜他。

領聖體後經

主，求祢以祢的天光，隨時隨地開導我們，使我們對於所賜予我們共享的聖事，能以清亮的神目來瞻視，並以應有的熱情來領受。因我們主.....。